

nis: et vide per Cyn in dict. §. *etsi præfatam*, ubi etiam vide Jason. in vers. 4. *utilitas est*, ubi etiam Alb. col. fin. vers. *item quaritur*; ubi etiam vide per eum, quòd ista exceptio beneficii inventarii, si omisa fuit ante sententiam, non poterit opponi in executione sententiæ, vide ibi per eum, vers. *solet etiam queri*, ubi dicit, quòd ita communiter Doctores tenent. Sed contrarium tenet Joan. Andr. in addition. ad Spec. tit. de *instrum. edition.* §. fin. col. 7. in addition. incipit, *secundum Ubrer.* et ista opinio Joan. Andr. est magis communis; vide per Doct. in l. *ex diverso*, §. 1. D. *solut. matrim.* per Bald. in l. *ab executione*, col. penal. C. *quorum appel. non recip.*

(7) *Las debdas.* Adde l. fin. §. *sin verò creditores*, vers. *licentia*, et ibi Gloss. in verbo *acommodare*, C. *de jur. deliber.*

(8) *Falcidia.* Vide in l. 1. tit. 11. infr. ead. *Part.*

(9) *Que las debdas.* Vel si solvisset creditoribus primò venientibus; ut in dict. §. *et si præfatam*; hæc enim est una ex utilitatibus inventarii, quòd sibi non imputatur, si solvat primò venientibus; et intellige, quando hæres ignorabat alios creditores potiores, et sic solvit bona fide, aliàs secus, si cautionem non exigeret, ut in l. *dolo*, D. *ad leg. Falcid.* et tenet glossa parva in dict. §. *et si præfatam*, et ibi Bart. unde etiam Paul. de Cast. in dict. §. *et si præfatam*, refert Archid. in cap. *non sanè*, 14. quæst. 5. dicit, quòd hæres usurarii, licet confect inventarium, non debet solvere primis venientibus, nisi recepta cautione de restituendo; quia scit, vel scire potest alios subesse, et sic esset in dolo quoad illos, et non haberet dictum beneficium inventarii; quod dictum intellige, quando dolo vero vel præsumpto hæres solveret, secus si bona fide, ignorans alios creditores usurarii, secundum Alexand. in dict. §. *et si præfatam*, referentem Lupum, et Dominic. in cap. *quamquam*, de *usur.* lib. 6. et Hostiens. in summ. *de test. §. at quid hæres.* Quid autem executoribus datis ad restitutionem damnorum vel ablatorum post testatorem, vel hæredibus ad hoc gravatis, an possint solvere primò venientibus? Joan. Andr. in addition. ad Spec. tit. de *instrum. edition.* §. *nunc vero aliqua*, col. 55. in addit. incipienti, *quæstio facti*, refert Jacob. de Raveti dicentem fatum talem executorem solventem primo venienti simpliciter, vel sine cautione; vidè ibi, cujus dictum sequitur Paul. de Cast. in dict. §. *et si præfatam*, immens eandem rationem, ex eo, quia scire debet alios subesse damnificatos, et intelligerem juxta declarationem præcedentis dicti. Nunquid autem alii creditores possint retractare solutiones factas aliis creditoribus? Vide in dict. §. *et si præfatam*, et quæ dicit Paul. de Cast. in l. *tutores*, D. *de condition. indeb.* Et quid in creditoribus ejusdem temporis, an possint petere se admitti ad communionem cum his, quibus facta est solutio? Oldrad. dicebat, quòd sic, per l. *et si non expeditur*, §. 1. D. *de bon. auctorit. judic. possid.* Albericus verò in dict. §. *et si præfatam*, inducit in contrarium l. *pupillus*, in fin. D. *de his, quæ in fraud. creditor.* et sic, quòd nihil abstrahatur à creditoribus, qui vigilaverunt ad suam debitum consequendum: dictum Oldrad. procederet, quando utroque creditore instante, hæres uoi gratificavit; aliàs procedere posset dictum Alberici, per dict. l. *pupillus*, et ita est de mente Bald. in dict. §. *et si præfatam*, in final. verbis, licet paulò ante referens dictum Oldrad. simpliciter pertransierit. Et ista inducit Angel. in l. fin. §. *licentia*, C. *de dolo*, pro mercatoribus, qui confluant, et concurrunt contra mercatorem cessantem fugitivum, si sunt aliqui inter eos, qui de proximo ante fugam solutionem receperunt, an debeant receptum communicare cum aliis. prout pluries dicit se vidisse de facto Perusii: vide, quæ dixi in l. 11. tit. 14. §. *Part.* et in l. 9. tit. fin. ead. *Part.* et an contra emptores rerum hæreditarium, quibus hæres vendidit, creditores habeant recursum? Vide in dict. §. *et si præfatam*, et vide ibi Paul. de Castr. in versic. 5. *utilitas.*

(10) *Quarta parte.* Nota istam legem, per quam limitatur, quod notat Cyn. in l. 2. C. *qui potior. in pignor. habeant*, et Bart. in l. *is, cui.* §. *postquam*, D. *ut in possess. legat. vel fideicom.* ubi dicunt, quòd quando hæreditas est solvendo, dato quòd hæres fecerit inventarium, creditores non possunt inquietare legatarios, quibus primò solutum est, sed agere debent contra hæredem; nam procedit, quando apud hæredem, solutis legatis remanet plus quarta Falcidia, secus si apud hæredem tantum remaneat quarta ista; nam tunc agent contra legatarios, et non contra hæredem, nisi quando, quod redderet legatarii, non sufficeret ad solutionem debitorum, ut infra subditur: videtur tamen, quòd tali casu legatarii haberent recursum contra hæredem, ut concurrant cum eo in dicta quarta, ita ut solu-

tis debitis de residuo hæreditatis solvantur legata, deducta Falcidia de quolibet legato

(11) *Quarta parte.* Nam quando hæreditas non est solvendo, neque valent legata, neque hæres detrahit Falcidiam, l. 1. §. pen. D. *ad Trebell.* Gloss. in l. fin. §. *et si præfatam*, C. *de jur. deliber.* super parte Falcidiæ.

(12) *Las debdas.* Legata enim debentur ære alieno deducto, l. *creditoribus*, D. *de separationibus*, l. *si universæ*, C. *de legat.*

(13) *Sabia.* Vel debebat scire; idem enim, et si ignoraret, nam creditores agunt contra eum ratione talis quartæ, etiamsi non per modum quotæ, sed in una re, vel in certa quantitate hæredi remansisset, ut declarat Paul. in l. 1. §. *si is, qui*, et in §. *si hæres*, et in §. *idem Julianus*, D. *ad Trebell.* nam æs alienum præfertur quartæ, l. *in imponenda*, et l. *irritum*, C. *ad legem Falcid.*

LEY VIII.—Quales expensas non es tenuto el heredero de poner en el inuentario.

Las despensas que el heredero fiziere en razon de soterrar (1) aquel cuyo heredero es, o las que fiziere de rechamente en otra manera qualquier, non es tenuto de las contar, nin escreuir en el inuentario; pero si acaesciere alguna contienda sobre estas despensas, deve el heredero prouar con testigos ante quien las fizo, o por su jura (2). E si aquel que es establecido por heredero ouiesse alguna demanda, o le deuesse alguna cosa aquel que le establescio por su heredero, en saluo le finca (3) la demanda, o aquello quel deuia el testador, si el inuentario fiziere, assi como sobredicho es.

LEY VIII.—Expensas funeris testatoris vel aliàs justas non tenetur hæres scribere in inventario, sed probet eas per testes, vel proprio juramento; et quod hæredi debetur à defuncto, consequitur hæres facto inventario, sicut cæteri creditores. Hoc dicit. Habuit ortum à l. fin. §. *in computatione*, C. *eod. tit.*

(1) *Soterrar.* Idem in expensis, quas fecisset in curando defunctum, Bald. in l. *in restituenda*, C. *de petit. hæred.* vel in insinuatione testamenti, ut in l. fin. §. *in computatione*, de qua ista sumpta est, C. *de jur. deliber.* vel in eo, quod solvit hæres proxenæ, vel similibus, cum venderet res hæreditarias, secundum Bart. in l. *ubi purè*, §. fin. D. *ad Trebell.* Et quid de expensis, quas hæres fecit, litigando cum alio contendente, se hæredem, vel creditorem hæreditarium? Vide per Angel. Paul. et Alexand. et Jason. in dict. §. *in computatione*, tenentes, quod deducantur, quando hæres obtinet, et hæreditas non esset solvendo ad omnia, contra Bald. ibi aliter volentem.

(2) *Su jura.* Approbat opinionem Glossæ in dict. §. *in computatione*, super verbo *approbaverit*, contra quam ibi tenebant Cynus, et Alberic. et intellige, quando expensæ essent parvæ, secus si magnæ; nam tunc requirentur testes, vel instrumenta, secundum Bart. et communiter Doctor. ibi. Et appellat Angel. ibidem minutas expensas, sumptus quotidianos, puta carniun, oleris, porrinæ, et similibus, nam ad hoc difficulter habentur testes continuò; et tandem concludit arbitrio boni vivi hoc relinquendum, omnibus hinc inde pensatis.

(3) *Le finca.* An ipso jure, vel quoad effectum? Gloss. in dict. §. *in computatione*, dicit, quòd quoad effectum, quasi impossibile videatur, quòd hæres sibi ipsi sit obligatus, vide ibi per Alexan. et in l. *debitori*, C. *de pact.* ubi tenet opinionem Glossæ, et dicit magis communiter teneri per Doctores. Si tamen aditio hæreditatis facta sit cum beneficio inventarii, vel ante aditam hæreditatem fiat inventarium, tunc confusio actionum impediri videtur ipso jure, quia si confectio inventarii resoluit quoad effectum confusionem factam, à fortiori videtur impedire confusionem fieri, argumento l. *patre furioso*, D. *de his, qui sunt sui, vel alien. jur.* secundum Decium in dict. l. *debitori*. Et nota dictum Bald. in dict. l. *debitori*, col. 2. quòd hæres, qui solemniter fecit inventarium citatis creditoribus, et legatariis, potest implorare officium judicis super separatione bo-

norum, ut pro ejus debito aliqua res sibi assignetur; imò etiam secundum Bald. in dict. §. *in computatione*, col. 1. vers. *ex hoc sequitur*, hæres possit sibi ipse solvere, eligendo rem, in qua vult sibi esse solutum pro debito, argumento l. *creditoris*, C. *de distract. pignor.* quod secundum Decium ubi suprà, de plano procedit aliis creditoribus consentientibus; si verò contradicerent, nullam deberet hæres in hoc habere prærogativam, imò similem cum aliis creditoribus debet habere fortunam, ut in dict. §. *in computatione*. Limita istam legem, nisi hæres institutus sit animo compensandi cum eo, quod sibi testator debebat, l. *si compensandi*, C. *de hered. instit.* Limita etiam in quasi debito ex dispositione legali, ut est illud, quòd pater tenetur dotare filiam, l. *capite trigessimo*, D. *de ritu nupt.* nam si filia institueretur à patre, et gravaretur legatis, non deduceret primò dotem, et postea falcidiam; sed primò falcidiam, et si ad dotem sufficeret, de illa deberet se dotare; et si non sufficeret, detraheret quatenus deficeret, per notata in l. *mulier*, §. *cum proponeretur*, D. *ad Trebell.* ita tenet Paul. de Cast. in l. *si debitor*, D. *ad legem Falcidiam*, et vide etiam, quòd idem Paul. notat in l. *quod de bonis*, §. *quod avus*, D. *ad leg. Falcid.* ibi nota istud verbum, et tene menti. Adverte etiam, quòd contra fideicommissarium universalem, etiam non confecto inventario, hæres detrahit, quòd sibi defunctus debebat. Vide Paul. de Cast. in l. *ita tamen*, l. *si ex Trebelliano*, D. *ad Trebell.* et Socin. consil. 44. vol. 3. incipit, *non parva difficultas*: alia in ista materia, vide per Alexand. et Doctor. post Gloss. in dict. §. *computatione*.

LEY IX.—Que pena deve auer el heredero que maliciosamente faze el inuentario.

Maliciosamente faziendo el heredero inuentario, encubriendo, o furtando alguna cosa de los bienes del testador; si esto le fuere prouado, deve pechar doblado, tanto quanto encubrio, o furto, a aquellos que deuián rescebir (1) (a) algo de los bienes del muerto. E mandamos, que tales contiendas como estas, que acaescen en razon del inuentario (2), que las libren los Judgadores, que lo ouieren de fazer, a lo mas tarde, fasta vn año, como quier que los otros pleytos que son llamados en latin, civiles, pueden durar, a lo menos, fasta tres años (3), e los criminales fasta dos años (4).

(a) Atencion á la glosa de Gregorio Lopez; y téngase presente que aunque algunos autores opinan que, ademas de la pena expresada en esta ley, debe quedar nulo el inventario por causa de la omisión ó ocultacion fraudulenta, esta opinion no puede fundarse de modo alguno en la ley, la cual solamente castiga al ocultador, sin anular el inventario. Gregorio Lopez, cuya glosa merece mucha atencion, dice que el heredero autor del fraude, debe sufrir, ademas de la pena del duplo que la ley establece, la pérdida de la cuarta falcidia respecto á todos los legatarios. Se funda, no solamente en la auténtica romana que cita, cuyo derecho no rige en España, sino en la poderosa razon de que aumentándose la falcidia contra todos los legatarios por causa de la ocultacion ó sustraccion de bienes, es justo que el heredero quede castigado respecto á todos los legatarios, y que de ninguno de ellos perciba la porcion correspondiente á la falcidia. Dice ademas que esta pena no es incompatible con la mencionada del duplo, que establece esta ley. Finalmente, no podemos dejar de indicar la muy acertada opinion que expone Don Joaquin Escriche en su *Diccionario razonado de jurisprudencia y legislacion*, 3.ª edicion, articulo *Beneficio de inventario*, en que expresa, que prescindiendo del espíritu de esta ley de Partida, la pena mas natural que puede imponerse á esta clase de ocultaciones y sustracciones es la de hacer perder al heredero el beneficio de inventario, debiendo pagar simplemente las deudas y legados, en atencion á que tomando para sí alguna parte de los bienes hereditarios, ejerce un acto de heredero puro y

simple. Esta razon es poderosa, y mas cuando el autor á que nos referimos, la confirma con la L. 12 de este mismo título, la cual dispone, que si el descendiente legítimo, despues de haber rehusado la herencia de su ascendiente «traspusiese, o furtasse algunas cosas de la heredad, o de los bienes della; dezimos, que por razon de aquello que encubrio o furto, se entendio que rescibio la heredad de su padre, e que es obligado por ella; de manera que non la pueda despues desechar, si alguna cosa destas le fuere probada».

LEY IX.— Si quid extra inventarium fraudulenter occultat hæres, tenetur ad eus duplum his, qui aliquid juris habent in bonis testatoris: et causa inventarii non durat ultra annum, licet aliæ civiles instantiæ usque ad triennium, criminales usque ad biennium durent. Hoc dicit. Concord. l. fin. C. *eod. tit.* §. *licentia*, cum §. sequent.

(1) *Rescebir.* In l. fin. §. *licentia*, vers. *illo videlicet*, de quo ista lex sumpta est, adjicitur, *vel hæreditatis quantitati computare compellantur*: fuge enim occultatam vel subreptam ab hærede, remanet, unde integrè sati fiat creditoribus, et legatariis; et sic melius erit hæredi, quod istum duplum imputetur hæreditati, quia sic manebit sine pœna, quàm quòd ipsis creditoribus et legatariis solvat istam pœnam dupli, ut exponit ista lex Partitarum. Videtur tamen, quòd ista lex suppleri debeat ex illa, cum ista pœna sit inducta, ut amplius sit in hæreditate, ex quo legatarii et creditores consequantur suum debitum; quod etiam suaderi videtur ex ista lege cum dicit, *maliciosamente*, et si quando hæres animo fraudandi creditores, vel legatarios surripit, vel occultat rem hæreditariam; secus quando nullum ex hoc generaretur præjudicium, et sic fraus, seu occultatio non induceret detrimentum, argumento l. penult. C. *de revocand. his quæ in fraud. alien. sunt*, et l. 7. tit. fin. 3. *Part.* et quæ ibi dixi. Adde etiam, quòd et ultra pœnam dupli puniuntur hæres surripienti vel occultans, ut perdat falcidiam quoad omnes legatarios, ut in authent. *de hæred. et Falcid.* cap. 2. vers. *sancimus*, et ibi Gloss. super verbo *forte*; et illud jus Authenticarum est rationabile, quia cum talis substractio inducat, et augmentet falcidiam quoad omnes, æquum est, ut respectu omnium puniatur, et sic à nemine falcidiam detrahat; et bene potest stare pœna hujus dupli, de qua hic, cum pœna amissionis falcidiæ, de qua in dicto vers. *sancimus*, ut declarat Salic. quem vide in dict. vers. *illo videlicet*.

(2) *Del inuentario.* Nota hoc verbum, ex quo declaratur textus in authent. *de hæred. et Falcid.* cap. *illud quoque*, collat. 1. de quo ista lex sumpta est; nam largius, quàm hic disponitur, Gloss. et Doctor. intelligunt illum cap.

(3) *Tres años.* Nota bene; quia habes hic approbatam de isto jure Partitarum decisionem, l. *properandum*, in princ. C. *de judic.* et non reperies alibi in isto libro Partitarum. Video tamen ista in desuetudinem abiisse, et sicut observatur in curiis ecclesiasticis, ut instantia non expiret triennio, ut voluit Gloss. in dict. l. *properandum*, in parte *triennii*, in fin. et Gloss. in cap. fin. *de dolo, et contum.* Gloss. et Doctor. in cap. *venerabilis, de judic.* sic etiam video in curiis regalibus, et certè bene, cum per hoc parcarit laboribus et expensis partium, et breviori via justitia ministretur.

(4) *Dos años.* Adde l. 7. tit. 29. *Part.* 7. cujus dispositio, et etiam istius in hoc, in desuetudinem abierunt; vide quæ ibi Deo dante dicam.

LEY X.—Como deve pagar las mandas, e las debdas complidamente el heredero, si non fizo el inuentario al plazo que le fue puesto.

Si el heredero, de que ouiere entrado la heredad del testador, non fiziere el inuentario (1) fasta aquel tiempo que de suso diximos, dende adelante fincan obligados, tambien los sus bienes que ouiere de otra parte, como los que ouo de testador, para pagar complidamente las debdas, e las mandas (2) del fazedor del testamento: e non puede retener, nin sacar para sí, la su quarta parte de los bienes del testador, de las mandas (3); ante las deve pagar enteramente, pues que non fizo el inuentario a la sazón que deuia.



LEX X.—Hæres intra tempus juris inventarium non conficiens, tenetur creditoribus et legatariis etiam ultra vires hæreditatis, et falcidiæ commodo privatur. Hoc dicit. Habuit ortum à l. fin. C. de jure delib. §. sin vero postquam.

(1) *El inuentario.* Quid si fecit, sed omisit ponere aliquam rem in inventario fraudulenter, vel malitiosè; an tenebitur in solidum creditoribus vel legatariis ac si nullum fecisset? Bart. in l. Paulus, D. ad legem Falcid. tenet, quòd ex hoc hæres perdat beneficium inventarii in omnibus. Angel. vero ibi tenet, quòd solum perdat beneficium inventarii quoad falcidiam, non verò, ut ex hoc teneatur ultra vires hæreditarias, et idem tenet Paul. de Castr. et Joan. de Imol. et Alexand. Et idem tenet Salic. in l. fin. §. illo videlicet, C. de jure delib. in fin. ubi dicit de hoc fuisse quæstionem arduam, et ita se consuluisse; solum ergo tenetur creditoribus, et legatariis in duplo rerum occultatarum, ut suprà eod. l. proxima, et in amissione falcidiæ. Quid autem si imperfectè fecit inventarium, quia non designavit res, prout habetur in l. 100. tit. 18. 3. Part. sed simpliciter dixit, pono in inventario res, quæ sunt in tali loco, an gaudebit beneficio inventarii? Videtur dicendum, quòd non, cum hoc ita sit substantiale, et probatur in l. fin. §. sin vero postquam, C. de jure deliberand. ibi: secundum formam presentis constitutionis, paria enim sunt non facere, vel inutiliter facere, cap. inter corporalia de translat. Episcop. cum similib. et adde quod suprà dixi in l. 5. in glos. super verbo todos los bienes.

(2) *Las mandas.* Limita nisi agentes contra hæredem in solidum confiterentur, quòd in hæreditate non remansit ultra id, quòd hæres asserit; quia contra omnem præsumptionem juris, et de jure, facientem contra hæredem non conficientem inventarium, quòd occultaverit bona, admittitur probatio in contrarium per confessionem partis, ut notant Cynus, et Bart. in authent. sed jam necesse, C. de donat. ante nupt. et Gloss. in corpore, unde sumitur illa authentica: et ita tenet Bald. singulariter in l. filium quem habentem, col. penult. C. famil. erisc. et licet Bald. ibi loquatur de legatariis, ex ejus mente, et ex dicta ratione idem vult in creditoribus; et ita etiam vult Alexand. in l. fin. §. et si præfatam, col. 1. C. de jure deliber. ubi etiam Jason. col. 2. vers. limita tamen. Dictum Baldi non caret scrupulo, prout etiam tradit Socin. in l. 1. §. si is qui ante, D. ad Trebell. et Alexand. in l. in ratione, §. quod vulgo, col. 8. num. 15. D. ad leg. Falcid. et quia hæres adeundo, videtur quasi contrahere cum creditoribus, et legatariis, l. apud Julianum, §. fin. et l. seq. D. quib. ex caus. in posses. eatur, et in §. hæres, Instit. de obligat. quæ ex quasi contractu nascuntur, et sic ex suo quasi contractu ex propriis bonis tenetur: hoc etiam vult ista lex Partitarum ibi, cum dicit, tam bien los sus bienes, que ouiere de otra parte, como los que ovo del testador.

Præterea cap. 2. vers. sancimus, in authent. de hæredib. et Falcid. qui videtur esse fundamentum dicti Baldi, non videtur esse omnino fundare in illa præsumptione subtractionis, ut patet cum dicit fortè, et sic innuit, quòd idem sit, si non subtraxerit; et videtur illa ratio impulsiva, et non finalis, textus cum glossa, et ibi Joann. de Imol. in Clement. 1. de appellat. Gloss. in l. in commodati, §. sicut, D. commodati. Hoc etiam suaderi videtur ex l. fin. §. sin vero postquam, C. de jure deliber. ubi non fit fundamentum in præsumptione surrectionis et occultationis rerum hæreditariarum; imò quia ex quo non fuit hæres usus beneficium inventarii, remanet in antiqua dispositione juris communis, ex cuius dispositione tenebatur creditoribus etiam ultra vires hæreditarias, l. quæ dotis, D. solut. matrim. l. si te bonis, C. de jure deliber. et quia in pupillo cessat dicta præsumptio usurpationis, et nihilominus in pupillo etiam non doli capace procedit, ut teneatur ultra vires hæreditatis, cap. 4. §. pupillis, in dict. authent. de hæred. et Falcid. ut etiam adducit idem Alexand. in l. fin. §. fin. C. de jure deliber. in illa quæstione, an ecclesia non conficiens inventarium teneatur ultra vires hæreditarias. Hoc etiam probari videtur ex cap. 2. §. si vero non fecerit, in authent. de hæred. et Falcid. ibi: «licet puræ substantiæ morientis transcendat mensuram legatorum datio:» et ibi: «sed dabit ei penam exactio suæ malignitatis, cum transcenderit leges, ex quibus cautè omnia agens nihil poterat damnificari.» Fortè posset distinguere inter creditores, et legatarios, ut dictum Baldi procedat in legatariis, prout re vera ipse loquitur, et non in creditoribus; et est ratio differentie maxima, quia creditores tractant de damno, legatarii verò de lucro. Item quia hæres reputatur eadem persona cum defuncto, ut in authent. de jurejurando

à moriente præstito, et sicut defunctus tenebatur in solidum, sic et ejus hæres, qui non fecit inventarium; quæ ratio cessat in legatariis, quibus defunctus in nihilo tenebatur; et quia de jure communi antiquo ita erat constituta in hoc differentia inter creditores et legatarios, nam respectu creditorum hæres tenebatur in solidum, etiam si constaret hæreditatem non esse solvendo, dict. l. quæ dotis; legatariis verò non tenebatur ultra vires hæreditarias, ut in l. §. si is qui, D. ad Trebell. l. in ratione, la 1. §. quod vulgo, D. ad leg. Falcid. Glos. in die. §. si vero postquam. De jure autem Authenticarum additum fuit, ut etiam similiter legatariis teneretur in solidum, non facto inventario, ut in dict. §. si vero non fecerit, et in authent. sed cum testator, C. ad leg. Falc. et dicta authentica quodammodo se fundat in præsumptione subtractionis, et sic in legatariis habere possit locum dictum Baldi attento jure communi; ista tamen lex Partitarum resistit, cum æquiparet in hoc creditores, et legatarios, nihil asserens de tali præsumptione; imò expressè disponens, ut de propriis bonis hæres teneatur: et in rigore juris istud videtur verius, tam in legatariis, quam in creditoribus. Tu cogita, quia dictum Baldi fulcitur maxima æquitate, et Doctores magis communiter cum eo transeunt, et adde Paul. in l. in ratione, §. quod vulgo, ad fin. D. ad leg. Falcid. An autem in foro conscientie hæres teneatur ad debita ultra vires hæreditarias? Bart. tenet, quòd non, in rubrica, D. de acquir. hæred. vers. et ex hoc sequitur, allegat Hostien. in summa, de testam. §. penult. vers. quid si bona, et Joann. Andr. in cap. quamquam, de usur. lib. 6. in novella, et quòd ita tenent Theologi, ut dicit se vidisse in multis sententiis eorum, et idem tenet Bald. in dict. l. filium quem habentem, col. penult. allegat cap. parrochiano, de sepult. subdens, quòd si legatarius plus extorqueret, teneatur ad restitutionem in foro conscientie, quia ille forus non sequitur jus civile, quia jus civile fundat se in fictione, non in veritate: et ibi subdit, quòd licet ad petitionem hæredis super talibus articulis, quòd nulla alia bona manserunt, nisi talia, non cogantur legatarii respondere, tamen iudex optimè faciet, si interroget ex officio, ut obviet iniquæ extorsioni, l. illicitas, in princ. D. de offic. Præsid. Joann. de Imol. in dict. rubrica, D. de acquir. hæred. postquam retulit Angel. in l. 1. §. hæc stipulatio, D. si cui plus quam per leg. Falcid. volentem, quòd etiam in foro conscientie hæres teneatur ultra vires hæreditatis, distinguit, quòd si hæres sciebat vires hæreditatis non sufficere, et nihilominus adivit; quia tunc videtur obligari ex suo quasi contractu, teneatur etiam in foro conscientie, cum videtur se creditoribus obligasse; si autem ignoravit, vel dubitetur, an sciverit, vel ignoraverit, et tunc non teneatur ultra vires hæreditarias, quia tunc non videtur se obligasse ultra vires; cum sententia Bart. transiit Alexand. in dicta rubrica. ubi Jason. dicit, ita esse communem opinionem. Fredericus verò de Senis consil. 21. et Joann. de Imol. sibi contrarius in l. gerit, D. de acquir. hæred. et Paul. de Cast. in dict. rubrica, tenent contrarium, dicentes; nullam in hoc esse differentiam inter forum conscientie, et judiciaire; lex etenim humana, quæ justa est, etiam in foro animæ est servanda, secundum S. Thom. 1. 2. quæst. 96. art. 4. Glos. communiter approbata in cap. quæ in ecclesiis, de consti. Articulus iste est satis disputabilis, et totum pondus ad decisionem consistit, an lex humana se fundet in præsumptione, vel non; quia si ex præsumptione, non obligaret in foro animæ, ubi veritas attenditur; quòd autem istæ leges de confectione inventarii disponentes, non se fundent ex sola præsumptione, satis liquet ex suprà dictis. Aretin. in dict. rubrica, distinguebat inter creditores, et legatarios, ut etiam dixi in quæstione præcedenti, quæ distinctio fortè posset procedere attento, quòd dictus §. si vero non fecerit, moveatur ex præsumptione, et quòd saltim suspicans ita statuit; sed attenda dispositione hujus legis Partitarum, quæ non se fundat in tali præsumptione, videtur de rigore idem debere dici in legatariis, quod in creditoribus; benignior tamen est sententia ita distinguens, cum fortè ista lex Partitarum habuerit eundem intentum, quia dictus §. si vero non fecerit, de qua ista sumpta est. Tu cogita alios casus, in quibus hæres non convenitur in solidum, licet non fecerit inventarium, vide per Alexandr. in dict. §. et si præfatam; et quid de ecclesia, vide eundem in dict. l. fin. §. fin. et per Gloss. et Doctor. in cap. 1. de testam.

(3) *De las mandas.* Non ergo perdet Trebellianicam, vide per Bartol. et Doct. in l. Marcellus, §. quod autem, D. ad Trebell. et Bald. in authent. sed cum testator, C. ad leg. Falcid. loc. 1. neque obstat cap. 2. §. fiat igitur, et §. si vero non fecerit, in authent. de hæredib. et Falcid.

cum dicit de fideicommissariis, nam intelligitur de fideicommissis particularibus, non de fideicommissis universali: unde constitutiones loquentes de falcidia amittenda, corrigentes in hocjue commue, non sunt trahendæ ad Trebellianicam, vide latè per Alexand. in dict. l. Marcellus in princ. col. penult. et fin. versic. 3. quæstuit hic Bartol. ubi refert plures, qui tenerent contrarium; sed ipse residet, quòd non amittat Trebellianicam, dicens esse magis communem opinionem, et satis in istam partem confert hæc lex Partitarum: et vide que dixi suprà eod. l. 5. in gloss. 1. Contrariam tamen opinionem, imò quòd hæres non conficiens inventarium privetur Trebellianica, dicit magis communem, et veriore Decius consil. 256. in 5. dubio, ubi plures istam partem tenentes refert, et idem vult Didacus à Covarruvias in cap. Raynuitus, §. 2. limit. 16. de testam. neque perdet legitimam debitam jure naturæ, Gloss. in §. si vero non fecerit, in authent. de hæred. et Falcid. tenebitur tamen, dato quòd non perdat legitimam, solve debita et credita de suo, ut declarat Bart. in dict. §. si vero non fecerit, et adde Gloss. in dict. l. fin. §. penult. in gloss. fin. in fin. C. de jure deliberand. ubi Alexand. dicit istam opinionem magis communiter teneri, quæ opinio approbatur per l. 7. tit. 11. infrà, ead. Part. diminuantur ergo legata ratione legitimæ, sed sic diminuta solventur ultra vires hæreditarias, ut per Bartol. et Alberic. in dict. authent. sed cum testator, C. ad leg. Falcid. ubi declarat Albericus, quæ utilitas erit filio detrahere legitimam, cum de residuo, et proprio teneatur solve legata integraliter. Adde etiam Baldum in l. 1. C. de bon. auctor. judic. possid. gravato ergo filio legatis, deducetur legitima, et tenebunt legata respectu quintæ partis, et integraliter solvet illa filius, licet excedat quintum; interesse ergò affectionis ad bona paterna erit utilitas, quam ex hoc consequetur filius, et quia propria bona filii argentur ex deductione legitimæ.

LEY XI.—En que manera deve el heredero tomar la heredad, si entendiere que le es provechosa.

Tomado auiendo acuerdo el heredero, si le plaze (a) de reseibir la herencia, en que es establecido por heredero de otro, o la pertenesce por razon de parentesco, deuelo dezir llanamente (1), otorgandose por heredero. E aun se puede esto fazer por fecho, maguer non lo diga paladinamente. Esto seria, como si el heredero vsasse de los bienes de la herencia, assi como heredero, e señor, labrando la heredad (2), o arrendandola (3), o desfrutandola (4), o vsando della en otra manera qualquier semeiante destas (5). Ca por tales señales, o por otras semejantes, se prueua que quiere ser heredero; e es tenuto de guardar, e de fazer todas aquellas cosas, que heredero deve fazer. E esto ha logar, non tan solamente en el que es establecido por heredero, mas en otro qualquier, que ouiesse derecho de heredar algund ome, que muriesse sin testamento. Pero si algund ome, que ouiesse derecho de heredar los bienes de otro, vsasse de la heredad, o de los bienes del muerto, non con entencion de ser heredero, mas mouiendose por piedad (6); assi como en fazer guarescer los sieruos (b) que fueron del testador, si fuessen enfermos; o en darles a comer, o les dar otras cosas que les fuessen menester, o en guardar la heredad, e los bienes della, porque se non perdiessen, nin se menoscabassen (c); por tal vso como este, dezimos; que non se muestra que quiere ser heredero: pero, porque de tal vsança como sobredicha es, non nazca ende dubda, si la fizo con entencion de ser heredero, o non; este atal deve dezir (7), e afrontar (d) manifestamente ante algunos omes, como lo faze por piedad, e non con voluntad de ser heredero.

(a) *Nemo hæres invitus,* porque cada uno es libre en renunciar á su derecho.

(b) En cuanto á la esclavitud véase nuestra nota 1.ª á la L. 6, tit. 4 de esta Partida.

(c) Estos actos se llaman *actos conservatorios.*

(d) Es decir, acreditar.

LEX XI.—Potest hæres declarare se verbis hæreditatem adire, vel etiam factis, ut colendo prædia, et alia, quæ citra jus et nomen hæredis, et domini fieri non possunt. Sed si quis, non ut hæres, sed pietatis causa faciat, ut servos hæreditarios curare, vel res, ne perdanter, custodire, non videtur propter hoc adire; debet tamen (ne de hoc dubitetur) prædicta non ut hæres se facere, potestari. Hoc dicit.

(1) *Deuenlo dezir llanamente.* An autem aditio hæreditatis solo animo consistens, non declarata per actum verbi vel facti, obliget hæredem in foro conscientie ultra vires hæreditarias? Tangit Angel. Aretin. in §. fin. Instit. de hæred. qual. et different. et vide quæ dixi in præcedenti lege. Requiritur ergo, ut hic vides, quòd animus adeundi declaratur per actum verbi vel facti, Gloss. et Bart. in l. gerit, D. de acquir. hæred. et Gloss. in dicto §. fin. et requiritur actus exterior ad declarandum animi motum, nam consilium in corde retentum non facit quem hæredem, quia consensus mentalis tantum, neque verbo, neque facto demonstratur, non accomodat ut actibus hominum, neque reddit actus ipsos essentialiter perfectos, verba sunt Bald. in l. potuit, col. 1. C. de jure deliber. et ibidem, col. 3. vers. nonò quæritur, dicit, quòd si positio fiat alicui, quòd animo adivit hæreditatem, non tenetur ei respondere, nisi positio sonet de animo aliquo declarato: et an per hæc verba ego sum hæres talis, indicatur aditio? Bald. tenet, quòd sic, in dict. l. potuit, col. 2. versic. sexto quæritur, post Bart. in l. si filius familias, D. de tutel. et ibidem vide per Bald. col. 3. vers. octavo quæritur, de aditione facta per hæc verba, adeo, si de jure possum, vel si prædecessor meus non adivit: et post tempus datum ad deliberandum, si quis dicat, puto mihi hæreditatem expedire, videtur ex hoc adire, l. omnes, et ibi notat Bart. D. ad Trebell. et idem si dicat, volo adire, Gloss. et Bart. in l. servit electione, in princ. D. de legat. 1. vide Bart. et Doctor. in dict. l. gerit.

(2) *Labrando la heredad.* Sumptum est à §. fin. Instit. de hæred. qual. et different. facit, quod notat Gloss. in l. 3. C. finium regundor.

(3) *Arrendandola.* Ex eod. §. fin. sumptum est, et ibi notat Bald. (4) *Desfrutandola.* Adde l. si filius, D. de tutel. et ibi Bart. et nota hoc, quòd colligere fructus hæreditatis inducit aditionem; quòd limita, nisi possit capi alia conjectura, quòd non animo adeundi fortè fecisset, prout declarat Bart. in l. gerit, col. 6. vers. ad secundum, et col. 7. ibi: fructus colligi fecit, et reponi, D. de acquir. hæredit. et probatur in l. 1. C. de repud. hæredit. Et tene menti istam legem Partitarum, nam Bart. dicit. column. 7. volbat, quòd cum iste actus colligendi fructus poterat fieri licitè utroque modo, nomine scilicet suo, vel nomine alieno, quòd staretur super hoc declarationi hæredis; nam ista lex vult contrarium; imò quòd cessante protestatione, de qua infrà in ista lege, probaretur aditio; et ita etiam Joan. de Imol. tenet contra Bart. in dict. l. gerit, col. penult. per dict. l. 1. C. de repud. hæred. oporteret ergò probari de protestatione, ut dixi, vel quòd probetur, quòd actus iste colligendi fructus non fuit animo adeundi, ut expressè habetur in dict. l. 1. et tradit Bartol. in dict. col. 6. vers. ad secundum, et Bald. in dict. l. 1. quem vide.

(5) *Semejante destas.* Ut si possideat res hæreditarias, ut in l. gerit, D. de acquir. hæred. et in l. eum, qui bonis, eod. tit. et notat Bald. in l. 1. col. 11. C. qui admit. in 2. quæst. Alexand. consil. 52. vol. 5. incipit, viso processu: et adverte, quòd licet filius, accepta pecunia, faciat pacem cum occisoribus patris, non per hoc videtur se immiscere, seu adire hæreditatem paternam, neque propter illud, quod accepit, posset conveniri à creditoribus patris, secundum Nicol. de Neapol. in l. cum tutor, D. de tutel. et ration. distrah. limitat tamen, nisi statutum diceret, quòd occisores debent habere pacem ab hæredibus defuncti, quia tunc filius, accipiendo aliquid, videtur hæreditatem adire: adde l. quæsitum, et ibi per Bart. D. de sepulc. violat. quòd faciens pacem accepta pecunia de morte patris, seu agens actione injuriarum pro injuria illata patri, non videtur adire: vide etiam per Salicet. in l. eum, qui, C. arbit. tutel. et ibi etiam per Bald. et alios: ubi est textus elegans, quòd